CORPUS THOMISTICUM
http://www.corpusthomisticum.org/opx.html

Sancti Thomae de Aquino
De mixtione elementorum.

ad magistrum Philippum de Castro Caeli

[Textum Leoninum Romae 1976 editum et automato a Pascale Dominique Nau OP transcriptum denuo recognovit Enrique Alarcón atque instruxit]

Dubium apud multos esse solet quomodo elementa sint in mixta. Videtur autem quibusdam[1] quod, qualitatibus activis et passivis elementorum ad medium aliqualiter deductis per alterationem, formae substantiales elementorum maneant: si enim non remaneant, videtur esse corruptio quaedam elementorum, et non mixtio.

Rursus si forma substantialis corporis mixti sit actus materiae non praesuppositis formis simplicium corporum, tunc simplicia corpora elementorum amittent rationem. Est enim elementum ex quo componitur aliquid primo, et est in eo, et est indivisibile secundum speciem; sublatis enim formis substantialibus, non sic ex simplicibus corporibus corpus mixtum componetur, quod in eo remaneant.

Est autem impossibile sic se habere; impossibile est enim materiam secundum idem diversas formas suscipere elementorum. Si igitur in corpore mixto formae substantiales elementorum salventur, oportebit diversis materiae partibus eas inesse. Materiae autem diversas partes accipere est impossibile, nisi praeintellecta quantitate in materia; sublata enim quantitate, substantia remanet indivisibilis, ut patet primo *Physicorum*[2].

Ex materia autem sub quantitate existente, et forma substantiali adveniente, corpus physicum constituitur. Diversae igitur partes materiae formis elementorum subsistentes plurium corporum rationem suscipiunt. Multa autem corpora impossibile est simul esse.

---

[1] AVICENA, *Suffic.*, I, 6, fol. 17va e *Metaph.*, VIII, 2, fol. 98ra [Venetiis, 1508].
[2] ARISTÓTELES, *Physic.*, I, c.2, 185^{b} 16 [*In I Physic.*, lect.3].

Non igitur in qualibet parte corporis mixti erunt quatuor elementa; et sic non erit vera mixtio, sed secundum sensum, sicut accidit in congregatione invisibilium sive insensibilium corporum propter parvitatem.
Amplius, omnis forma substantialis propriam requirit dispositionem in materia, sine qua esse non potest: unde alteratio est via ad generationem et corruptionem. Impossibile est autem in idem convenire propriam dispositionem, quae requiritur ad formam ignis, et quae requiritur ad formam aquae, quia secundum tales dispositiones ignis et aqua sunt contraria.
Contraria autem impossibile est simul esse in eodem adaequate. Impossibile est igitur quod in eadem parte mixti sint formae substantiales ignis et aquae.
Si igitur mixtum fiat remanentibus formis substantialibus simplicium corporum, sequitur quod non sit vera mixtio, sed ad sensum solum, quasi iuxta se positis partibus insensibilibus propter parvitatem.
Quidam[3] autem volentes utrasque rationes evitare, in maius inconveniens inciderunt. Ut enim mixtiones elementorum ab eorum corruptione distinguerent, dixerunt formas quidem substantiales elementorum remanere in mixto aliqualiter.
Sed ne cogerentur dicere esse mixtione ad sensum, et non secundum veritatem, posuerunt quod formae elementorum non remanent in mixtum secundum suum complementum, sed in quoddam medium reducuntur; dicunt enim quod formae elementorum suscipiunt magis et minus et habent contrarietatem ad invicem.
Sed quia hoc palam repugnat communi opinioni et dictis Philosophi dicentis in *Praedicamentorum*,[4] quod substantiae nihil est contrarium, et quod non suscipit magis et minus; ulterius procedunt, et dicunt quod formae elementorum sunt imperfectissimae, utpote materiae primae propinquiores: unde sunt mediae inter formas substantiales et accidentales: et sic, inquantum accedunt ad naturam formarum accidentalium, magis et minus suscipere possunt, licet habeant contrarietatem ad invicem.
Haec autem positio multipliciter est improbabilis. Primo, quia esse aliquid medium inter substantiam et accidens est omnino impossibile: esset enim medium inter affirmationem et negationem.
Proprium enim accidentis est esse in subiecto, substantiae vero in subiecto non esse. Formae autem substantiales sunt quidem in materia, non autem in

[3] AVERRÓIS, *In III De caelo*, c.67, fols. 226^{d}-227^{h} [Venetiis, Juntas 1562-1574].
[4] ARISTÓTELES, *Categ.*, c.5, 3^{b} 24 e 33.

subiecto: nam subiectum est hoc aliquid; forma autem substantialis est quae facit subiectum hoc aliquid, non autem praesupponit illud.
Item ridiculum est dicere medium esse inter ea quae non sunt unius generis; quia medium et extrema oportet eiusdem generis esse, ut probatur in decimo *Metaphysicorum*[5]. Nihil ergo potest esse medium inter substantiam et accidens.
Deinde impossibile est formas substantiales elementorum suscipere magis et minus. Omnis enim forma suscipiens magis et minus est divisibilis per accidens, inquantum scilicet potest eam subiectum participare magis et minus. Secundum id autem quod est divisibile per se vel per accidens, contingit esse motum continuum, ut patet in sexto *Physicorum*[6].
Est enim loci mutatio et augmentum et decrementum, secundum locum et quantitatem quae sunt per se divisibilia; alteratio autem secundum qualitates quae suscipiunt magis et minus, ut calidum et album.
Si igitur formae elementorum suscipiunt magis et minus, tam generatio quam corruptio elementorum erit motus continuus. Quod est impossibile. Nam motus continuus non est nisi in tribus generibus, scilicet quantitate, qualitate, et ubi, ut probatur in quinto *Physicorum*[7].
Amplius, omnis differentia secundum formam substantialem variat speciem. Quod autem suscipit magis et minus, differt ab eo quod est minus et quodammodo est ei contrarium, ut magis album et minus album.
Si igitur forma substantialis ignis suscipit magis et minus, magis facta vel minus facta speciem variabit, nec eadem forma, sed alia. Hinc est quod dicit Philosophus in octavo *Metaphysicorum*[8]. Quod sicut in numeris variatur species per additionem et subtractionem, ita in substantiis.
Oportet ergo alium modum invenire, quo veritas salvetur mixtionis, et elementa non totaliter corrumpantur, sed aliqualiter in mixto permaneant.
Considerandum est igitur quod qualitates activae et passivae elementorum sunt ad invicem contrariae, et suscipiunt magis et minus. Ex contrariis autem qualitatibus suscipientibus magis et minus constitui potest media qualitas, quae utriusque sapiat extremi naturam, sicut pallidum inter album et nigrum, et tepidum inter calidum et frigidum.
Sic igitur, remissis excellentiis qualitatum elementarium, constituitur ex eis quaedam qualitas media, quae est propria qualitas corporis mixti, differens

[5] ARISTÓTELES, *Metaph.*, X, c.7, 1057ª 20 [*In X Metaph.*, lect.9].
[6] ARISTÓTELES, *Physic.*, VI, c.1, c.2, 231ᵇ 15, 233ᵇ 15 [*In VI Physic.*, lect.1,4].
[7] ARISTÓTELES, *Physic.*, V, c.1, 225ᵇ 9; c.2, 226ª 23-ᵇ 8 [*In V Physic.*, lect.1,3,4].
[8] ARISTÓTELES, *Metaph.*, VIII, c.3, 1043ᵇ 36-1044ª 2 [*In VIII Metaph.*, lect.3].

tamen in diversis secundum diversam mixtionis proportionem: et haec quidem qualitas est propria dispositio ad formam corporis mixti, sicut qualitas simplex ad formam corporis simplicis.
Sicut igitur extrema inveniuntur in medio, quod participat utriusque naturam, sic qualitates simplicium corporum inveniuntur in propria qualitate corporis mixti.
Qualitas autem corporis simplicis est quidem aliud a forma substantiali ipsius, agit tamen in virtute formae sunstantialis, alioquin calor calefaceret tantum, non autem per eius virtutem forma substantialis educeretur in actum; cum nihil agat extra suam speciem.
Sic igitur virtutes formarum substantialium simplicium corporum salvantur in corporibus mixtis. Sunt igitur formae elementorum in mixtis non actu, sed virtute: et hoc est quod dicit Philosophus in primo *De Generatione*: "non igitur manent elementa in mixto actu, ut corpus et album, nec corrumpuntur nec alterantur ambo nec alterum; salvatur enim virtus eorum"[9].

[9] ARISTÓTELES, *De gener. et corrup.*, I, c.10, 327[b] 29-31 [*In I Gener. et corrup.*, lect. 24].

AQUINATE
http://www.aquinate.net/traduções.html

Santo Tomás de Aquino
A mescla dos elementos.

ao mestre Filipe de Castro Caeli

[Tradução de Paulo Faitanin]

Para muitos há dúvidas com respeito ao modo como os elementos existem no misto. Parece que alguns opinam que as formas substanciais dos elementos permaneceriam de algum modo, no misto, mediante a consecução do equilíbrio de suas qualidades ativas e passivas, causado pela alteração, porque se elas não permanecessem no misto, então, deveria haver, ao contrário de mescla, alguma corrupção dos elementos.

Além do mais, se a forma substancial do corpo misto fosse o ato da matéria e não pressupusesse, para isso, as formas dos corpos simples existentes nele, então os corpos simples dos elementos perderiam a noção de elemento; e se o elemento for aquilo de que algo primeiramente se compõe, se existe nele e se for indivisível segundo a espécie, então, segundo esta hipótese, resultaria que se fossem suprimidas as formas substanciais do misto, o corpo misto não poderia estar composto de corpos simples, que nele permanecessem.

Mas é impossível que isso aconteça deste modo. Na verdade, é impossível que uma mesma matéria receba as diversas formas dos elementos. Portanto, se as formas substanciais dos elementos permanecessem no corpo misto, seria necessário que elas informassem diversas partes da matéria. Mas é impossível que consideremos diversas partes da matéria, sem preconceber a quantidade nela mesma; pois, suprimida a quantidade, a substância permanece indivisível, conforme se evidencia no primeiro livro da *Física*.

Mas o corpo físico se constitui de forma substancial adveniente e matéria que existe sob a quantidade. Por conseguinte, as formas dos elementos subsistentes, em diversas partes da matéria, exigem a natureza de muitos corpos. Porém, é impossível que, simultaneamente existam muitos corpos numa mesma parte da matéria.

Deste modo, não é possível que existam os quatro elementos em qualquer parte do corpo misto, pois não haveria verdadeiramente mescla, mas só uma impressão dela, como de fato ocorre quando são agregados corpos invisíveis ou insensíveis e não percebemos a mescla em razão do tamanho diminuto dos mesmos.

Além do mais, toda forma substancial requer uma própria disposição na matéria, sem a qual ela não poderá existir; daí a alteração ser o caminho para a geração e a corrupção. Mas é impossível que se reduzam a uma mesma

disposição, a que se requer para receber a forma do fogo e a que se requer para a forma da água, porque com relação a tais disposições, as de fogo e água são contrárias.

Porém, é impossível que os contrários existam, simultaneamente, de um modo adequado, num mesmo sujeito. Por conseguinte, não é possível que existam as formas substanciais do fogo e da água, na mesma parte do misto.

Portanto, se as formas substanciais dos corpos simples permanecessem no misto, se seguiria que não haveria, efetivamente, uma mescla, senão mescla aparente, na medida em que haveria tão-somente uma justaposição de partes invisíveis e insensíveis, não perceptível por causa de sua pequenez.

Outros, porém, querendo evitar ambas as posições, cometeram erros ainda maiores. Disseram, para distinguir a mescla dos elementos de sua corrupção, que as formas substanciais dos elementos permaneceriam, de qualquer maneira, no misto.

Mas, para não se verem obrigados a dizer que se tratava de uma mescla aparente e não de uma verdadeira mescla, sustentaram que as formas dos elementos não permaneceriam de modo completo no misto, senão que se reduziriam, no misto, a um meio-termo; afirmaram, com efeito, que as formas dos elementos eram susceptíveis de mais e menos e que tinham mútua contrariedade.

Mas está claro que isso contraria a opinião comum e os ditos do Filósofo que afirma no livro das *Categorias* que nada há de contrariedade no que constitui a substância, e que ela não é susceptível de mais e menos; e procedem ainda dizendo que as formas dos elementos são imperfeitíssimas, justamente por estarem, por natureza, mais próximas da natureza da matéria primeira: daí que seriam meios-termos entre as formas substanciais e acidentais; e, assim, seriam susceptíveis de mais e de menos, na medida em que se aproximassem da perfeição da natureza das formas acidentais, ainda que fossem mutuamente contrárias.

Não obstante, esta opinião é improvável por muitas razões. A primeira delas é o fato completamente impossível de que exista um meio-termo entre o ser da substância e o do acidente: se isso fosse verdadeiro, haveria um meio-termo entre a afirmação e a negação.

Com efeito, o próprio do ser do acidente é existir no sujeito, mas o do ser da substância não é efetivamente existir no sujeito. Apesar das formas substanciais existirem na matéria, elas não estão nela como num sujeito; e embora o sujeito seja individual, é a forma substancial que o torna individual, não o pressupondo de nenhum modo.

Do mesmo modo é ridículo afirmar que há meio-termo entre aquelas coisas que não pertencem ao mesmo gênero, porque para que houvesse o meio-termo entre elas, seria necessário que o mediano e o extremo fossem do mesmo gênero, tal como se comprova no décimo livro da *Metafísica*. Portanto, nada há de meio-termo entre o ser da substância e o ser do acidente.

Disso decorre a impossibilidade de que as formas substanciais dos elementos sejam susceptíveis de mais e de menos. E isso porque toda forma que é susceptível de mais e de menos é divisível por acidente, na medida em que o mesmo pode participar mais ou menos do ser no sujeito. Mas o que é divisível por essência e por acidente, refere-se ao ser do movimento contínuo, como se evidencia no livro seis da *Física*.

Com efeito, os que são divisíveis por essência são: a mudança de lugar, o aumento e a diminuição, segundo o lugar e a quantidade; mas a susceptibilidade de mais e de menos, como o quente e o branco, é mediante a alteração das qualidades.

Portanto, se as formas dos elementos fossem susceptíveis de mais e de menos, tanto a geração quanto a corrupção seriam movimentos contínuos, o que é impossível, como se comprova no quinto livro da *Física*, pois o movimento contínuo não se refere senão a três gêneros: à quantidade, à qualidade e ao lugar.

Além do mais, toda diferença advinda pela forma substancial distingue a espécie. Aquilo, porém, que é susceptível de mais e de menos, difere daquilo que é mais e daquilo que é menos, na medida em que, em certo sentido, é contrário a ambos extremos, como o mais branco e o menos branco.

Se, portanto, a forma substancial do fogo fosse susceptível de mais e de menos, uma vez que se convertesse em mais e em menos, distinguiria a espécie, nem teria a mesma forma, mas uma outra. Por causa disso afirma o Filósofo no oitavo livro da *Metafísica* que, do mesmo modo que por adição e subtração, varia a espécie dos números, varia a espécie nas substâncias por susceptibilidade de mais e de menos.

Portanto, é necessário considerar de outro modo como se dá a mescla dos elementos, para que se salve a verdade com relação à mescla, de tal maneira que não se corrompam totalmente os elementos e permaneçam, de algum modo, no misto.

Portanto, devemos considerar que as qualidades ativas e passivas dos elementos sejam contrárias entre si e susceptíveis de mais e de menos. Não obstante, pelas qualidades contrárias e susceptíveis de mais e de menos se pode constituir uma qualidade intermediária que participe da natureza de ambos extremos, como a qualidade "pálida", que se encontra entre a do branco e a do negro, e a morna, que se encontra entre a do quente e a do frio.

Assim, pois, mediante a diminuição da excelência das qualidades elementares, constitui-se com as mesmas certa qualidade intermediária, que é a qualidade própria do corpo misto, que se difere nos diversos corpos mistos, conforme as diversas proporções da mescla; e esta qualidade é, na verdade, a própria disposição com relação à forma do corpo do misto, como o é a qualidade simples, disposição à forma do corpo simples.

Portanto, assim como os extremos se encontram no meio, onde participa a natureza de ambos, assim, também, as qualidades dos corpos simples se encontram na própria qualidade do corpo misto.

Mas a qualidade do corpo simples, embora se distinga da forma substancial do mesmo, opera assim mesmo em virtude da forma substancial, porque de outro modo, o calor não fará outra coisa senão aquecer e, portanto, a forma substancial, em virtude do mesmo calor, não passaria da potência ao ato, já que nada opera fora dos limites de sua espécie.

Deste modo, ficam, pois, salvas as virtudes das formas substanciais dos corpos simples nos corpos mistos. Portanto, as formas dos elementos estão presentes nos corpos mistos, mas não em ato, senão virtualmente: e é isso que afirma o Filósofo no primeiro livro da *Geração e Corrupção*: "Por isso, os elementos não permanecem em ato no corpo misto, como corpo e branco; nem se corrompem e nem se alteram, nem ambos componentes, nem algum deles, já que fica salva a virtude deles".